

adjecta illum invalidat, *ib.* In testamento et matrimonio vero habetur pro non adjecta, *ib.* Nisi sit contra substantiam matrimonii, tunc enim irritat matrimonium, *ib.* Ad impossibile sive facti sive juris nemo obligatur, *ib.* Difficilia non reputantur inter impossibilia, *ib.*, 149.

**IMPOTENTIAE IMPEDIMENTUM** quid? et quotuplex, V, 473. Alia est naturalis, seu intrinseca, ut frigiditas, *ib.* Alia accidentalis, et extrinseca, *ib.* Alia perpetua, alia temporalis, *ib.* Perpetua non est, quae sine periculo vitæ tolli potest, 474. Alia est absoluta, alia respectiva, *ib.* Temporalis non dirimit, *ib.* Nequit perpetua, si matrimonium subsequitur, 475. Perpetua est, si intra vas vir seminare nequit, *ib.* Semen mulieris non requiritur, sed sufficit ad matrimonium, vel si viri semen recipere possit, etsi retinere non valeat, *ib.* Steriles non habent impedimentum impotentiae, *ib.* Hinc in quavis ætate nubere quis potest, *ib.* Nisi ita exhaustus sit ut copulam perfectam habere nequeat, 476. Valet matrimonium cum existente in periculo mortis, *ib.* Limitatur, *ib.* Cum spadonibus et eunuchis nullum est matrimonium, *ib.* Hermaphroditi secundum sexum prævalentem valide contrahunt matrimonium, *ib.* Si nullus sexus prævalet, juxta utrumque nubere valent: et quomodo, *ib.* Qui dubitat, an laboret impotentia perpetua, non potest licite contrahere, 477. Dubio post matrimonium superveniente, possunt et debent per triennium tentare copulam, *ib.* Si constet de impotentia perpetua, dubitatur autem, an præcesserit, vel an subsecuta sit matrimonium, præsumitur præcessisse, *ib.* Dummodo pars potens de ea in tempore conquærat, 478. In dubio, an potentia sit extrinseca, vel intrinseca, præsumitur extrinseca, *ib.*

Impotentiae impedimentum quomodo probari debeat? Causam annullandi matrimonium, et discedendi a conjuge præbet, V, 478. Certi de impotentia non possunt propria auctoritate ab invicem discedere, debent tamen a copula abstinere, *ib.* Nec possunt auctoritate judicis ante probationem impotentiae separari, *ib.* Quae ordinarie fieri debet per inspectionem corporis, *ib.* Ad quam in feminis requiruntur et sufficiunt duæ matronæ honestæ, 479. In opere nuptiali expertæ etiam non obstetrices, *ib.* Quæ non tantum inspicere, sed etiam tangere debent muliebria, *ib.* Ac dein suam depositionem juramento firmare, *ib.* Pro inspicendo viro requiruntur, ac sufficiunt duo medici, aut chirurgi, si haberi possunt, *ib.* Qui etiam subinde ad feminæ inspectionem requiruntur, *ib.* Si per inspectionem manifeste apparet adesse impotentiam perpetuam, illico annullatur matrimonium, 480. Si non physice, sed tamen moraliter certum est, declaratur matrimonium nullum, accedente juramento conjugum ac propinquorum, *ib.* In dubio datur tentatio copulæ per tres annos, *ib.* Vel plures si conjuges adhuc valde juvenes sint, *ib.* Quotnam propinqui, vel alii testes jurare debeant, in casu dubio, *ib.* Si

elapso triennio mulier potens affirmet habitam esse copulam, vir autem dubie impotens id neget, creditur mulieri, 481. E contra si neget mulier, et affirmet vir, creditur viro, *ib.* Nisi mulier probare velit contrarium, *ib.*

Impotentiae impedimentum quo tempore allegari possit et debeat, V, 481. Si certo constat de illo, quovis tempore contra illud proclamari potest, *ib.* Solvitur objectio, 482. Si vero signa sunt dubia, et unus conjugum neget, alter affirmet impotentiam, tunc post bimestre non amplius auditur, donec elapsus fuerit triennium, *ib.* Matrimonium ob impotentiam annullatum, iterum redintegratur, si postea constat, eam non fuisse perpetuam, *ib.* Nisi impotentia tolleretur per miraculum, *ib.* Aut ope dæmonis, *ib.* Aut esset respectiva, *ib.* Vel ortum haberet a maleficio, *ib.*

Impotentes si scienter contrahunt matrimonium debent tanquam frater et soror cohabitare, V, 482. Ignoranter contrahentes possunt ut frater et soror cohabitare, 483. Nisi adsit periculum incontinentiæ, *ib.* Si post contractum matrimonium supervenit impotentia perpetua possunt et debent cohabitare, *ib.* Tenentur tamen abstinere a tentatione copulæ, non item a tactibus, et osculis, *ib.* Tenentur etiam auferre impotentiam, et pati incisionem cum gravi molestia et dolore, *ib.* Non item cum periculo mortis, aut gravissima infirmitatis, 484. Impotentium inspectio ad probandam impotentiam per quos et quomodo fieri debeat, 478.

**IMPREGNATIO** an, et quando inducat obligationem ducendi, vel dotandi, V, 322.

**IMPRESSIO LIBRORUM** hæreticorum et aliorum prohibitorum, quomodo interdicta, VI, 250, 266.

**IMPUBERES** natura prohibentur eligere, I, 346. Nec sunt ad electionem vocandi, *ib.* Nec possunt obtinere beneficium ecclesiasticum, 354. Nec esse iudices delegati, II, 552. Nec pascisci, 53. Nec esse procuratores, 92. Impuberes regulariter excluduntur a ferendo testimonio in quacumque causa, II, 559. Ac etiam in testamentis; adeo, ut eorum testimonium sit ipso jure nullum, *ib.* Impubes, quis, *ib.* Possunt tamen impuberes esse testes in matrimonio, *ib.* Atque in causis civilibus, saltem ad faciendum judicium, *ib.* Et in criminibus exceptis, atque revelanda morte domini, 560. Impubes qui factus est pubes potest testificari de iis, quæ vidit in sua impubertate, *ib.* Et quantam fidem mereatur ejus testimonium, *ib.* In testamentis impubes nequit esse testis, licet postea factus sit pubes, *ib.* Impuberis testimonium admittitur in nonnullis casibus et qualiter, *ib.* Impuberes patroni quando præsentare possint, et quando loco ipsorum præsentent tutores, V, 119. Impuberum sponsalia non solvuntur mutuo consensu, 353, et 393. Limitatur, *ib.* Impuberes qui, 353. Impuberum sponsalia qualem requirant ætatem, 391. Impu-

beres non possunt valide contrahere matrimonium, *ib.* Nisi in vim sponsalium, 393. Impuberes plures genuerunt, 392. Impuberes non possunt accusare, VI, 4. Bene tamen accusari, 7.

**IMPUTARI** non debet ei, per quem non stat, si non faciat quod fuerat faciendum, VII, 97.

**INEQUALITAS PERSONARUM** notabilis an, et quando dissolvat sponsalia, V, 367.

**INCAPAX** possidendi, est etiam incapax præscribendi rem antiquam, IV, 627.

**INCARNATIO** potest accipi dupliciter, I, 59. Disparitas inter incarnationem Verbi et opera sanctissimæ Trinitatis ad extra, *ib.*

**INCENDIARIUS**, quis, VI, 407. Pœna incendiarii proprie talis, *ib.* Pœna illius, qui ex sola negligentia, vel imprudentia cum aliqua lata, levi vel levissima culpa incendium causavit, in foro externo, *ib.* Et interno, 408. Pœna incendiarii de jure canonico, *ib.* Præsertim illius, qui sacra loca incendit, *ib.*

**INCENDIUM** si contingit, quis, et ad quid obligetur, IV, 225. Incendium mere fortuito sine ullius culpa factum nullam inducit pœnam, *ib.* Sine scitu, unde sit exortum, *ib.* An, et quis ob talem præsumptionem puniri valeat, et quomodo, 409. Incendium per conjecturas, et præsumptiones probatur, *ib.*

**INCESTUS** quid, VI, 400. Est gravius peccatum adulterio, 401. Pœna illius de jure civili, *ib.* In aliquibus casibus subjacet pœnæ capitis, et quibus, *ib.* Incestuosas contrahentis nuptias pœna de jure civili, *ib.* Incestus pœna de jure canonico, *ib.* Præsertim clerici, 402.

**INCIDENTIA** causæ prorogat jurisdictionem, et quomodo, II, 329. Vide infra *Quæstio incidens.*

**INCONTINENTI**, quando dicatur revocari confessio, 480. Incontinenti quando confessioni censeatur apposita qualitas, ita ut confessio censeatur qualificata, 487.

**INCORPORALIA** aliquando coherant corporalibus, aliquando non, II, 355. Incorporalia traditionem non recipiunt, 356, 357. Incorporalium quasi possessio, quomodo acquiratur, 353. Vide infra *Possessio seu quasi possessio.*

**INCORPORATIO** quid, V, 105. Est duplex, una quoad temporalia, alia pleno jure, *ib.* In beneficiis quoad temporalia tantum incorporatis abbas præsentat, et episcopus instituit, *ib.* In pleno jure incorporatis abbas utrumque habet, *ib.* In parochia, quoad temporalia tantum incorporata monasterio, debet constitui vicarius perpetuus, 406. Et quidem secularis, *ib.* In pleno jure incorporatis solus superior deputat vicarium, pro libitu amovibilem, *ib.* Regularis de jure solus non potest esse in parochia, *ib.* Incorporationis causa quæ, 409.

**INDEBITUM**, ac debitum triplex, IV, 343. Indebitum qui solvit, an et quomodo repetere possit, *ib.*

**INDEFINITA LOCUTIO** æquipollet universali, I, 186. Et quomodo hæc regula sit intelligenda, *ib.*

**INDEX LIBRORUM** prohibitorum quis, et unde, VI, 256. Quinam libri per eum sint prohibiti? et quomodo, *ib.* De facto novus confectus est index librorum prohibitorum, 258. Regulæ illius, *ib.* Index librorum prohibitorum num etiam, et in ordine ad quos libros obliget in Germania, 264. Tenentur ad illum etiam regulares, 263.

**INDICIUM** proprie acceptum quid, III, 136. Est quid minus semiplena probatione, *ib.* Indicium sumitur quandoque pro plena probatione, effectus indiciorum, est præsumptio, 138. Indiciorum multiplex est divisio, 139. Indicium plenum, seu indubitatum accertum, *ib.* Indicium semiplenum, seu dubitatum, *ib.* Indicium proximum, et remotum, *ib.* Indicium leve, grave, et gravissimum, quid, *ib.* Indiciorum alia explicatio, juxta Julium Clarum, 140. Quæ indicia sint levia, vel gravia, judicis arbitrio relinquuntur, *ib.* Indicia plura si simul constituent semiplenam probationem, potest deferri juramentum suppletorium, 150.

Indicia ad capturam, qualia sufficiant, II, 267. Vide supra *Citatio realis.* Indicia hodie succedunt loco diffamationis, 486. Indicia, quæ censeantur sufficientia ad instituendam inquisitionem specialem contra aliquem, *ib.*, 487. Indicium sufficiens ad torturam, an sit nominatio socii criminis facta per reum de se confessum, 482. Indicia legitima, seu ad torturam sufficientia, sunt plura; et quæ, 492. Confessio per torturam extorta non præcedentibus legitimis indicis, nihil probat, *ib.* Plura indicia de se sufficientia, conjunguntur ad effectum torquendi, *ib.* Non item ad condemnandum pœna corporali, et cur, *ib.* Quænam indicia sint ad torturam sufficientia, judicis arbitrio relinquuntur, 493. Indicia quæ sunt minus, quam semiplena probatio, an sufficiant ad torturam, *ib.* Indicium sufficiens ad inquirendum, et citandum ad torturam, facit testimonium unius, III, 18.

**INDICTIO** debet apponi in instrumento publico, 83. Indictionis nomine, quid intelligatur, et unde traxerit originem, *ib.* Modus facillimus inveniendi indictionem cujuslibet anni, *ib.*

**INDIGENIS** præ alienigenis est subveniendum, IV, 137.

**INDIVIDUA** in re sententia lata pro uno, proderit alii, III, 291. In individuis potest quis consequi per socium, quod per se non potest, *ib.*

**INDULGENTIAS** concedit archiepiscopus per totam provinciam, II, 9. Indulgentias novas sine ordinarii licentia nequeunt publicare regulares, 23.

**INDUSTRIA** personæ delegati, quando censeatur electa, I, 551 et 554. Industria personæ ubi requiritur, negotium non potest alteri committi, VII, 153.

**INFAMES** repelluntur a prælaturis, et dignitatibus ecclesiasticis, I, 357. Infamia non contrahitur ob crimina occulta, sed solum ob publica, *ib.* Infames an possint constitui procuratores, II, 92. Infames secundum canones, quinam generaliter censeantur, II, 552. Quænam personæ in

specie, censeantur infames, 553. Infames an, et quando repellantur a ferendo testimonio, *ib.* Præsertim loquendo de infamibus infamia facti, 555. Dantur plures casus, in quibus infames infamia juris admittuntur ad testimonium, *ib.* Uti fit in criminibus exceptis, *ib.* Item, quando veritas aliter haberi non potest, *ib.* Infamibus personis qualiter tunc credatur, *ib.* Infamis admittitur etiam ad testificandum, quando ab utraque parte fuit rogatus, 556. Etsi tempore dati testimonii non reputabatur infamis, *ib.* Valet testamentum, ad quod infamis fuit adhibitus, quando tunc communi opinione reputabatur bonæ famæ, *ib.* Vide supra *Criminosus*, et infra *Testis infamis*. Condemnatus de crimine per sententiam diffinitivam, efficitur infamis; secus de interlocutoria, III, 269, 289.

INFAMIA, quid, II, 551. Equiparatur morti, *ib.* Infamia alia est facti, *ib.* Alia juris, 552. Infamia facti, an etiam oriatur ex vita honorum, 551. Infamia juris infertur dupliciter, videlicet ipso facto, 552. Et per sententiam iudicis, et quando, *ib.* Qualiter utraque infamia repellat testem a testificando, *ib.* Secundum canones potest addi tertium membrum, videlicet infamia canonica, *ib.* Hæc irrogatur ex quolibet peccato mortali, *ib.* Infamia juris, orta ex crimine occulto, tollitur per penitentiam, 553. Eaque peracta licet sacros ordines suscipere, *ib.* Secus dicendum de infamia orta ex crimine manifesto, *ib.* Hanc nisi princeps auctoritate tollere potest, *ib.*, 554. Infamia repellens quempiam a testificando, debet attendi pro tempore latæ per eum testimonii, nec obest superveniens, *ib.* 555. Infamia appellatur mala fama, III, 41. Infamia mulieris an, et quando præbeat causam dispensandi, V, 563. Quomodo probetur, 612. Infamia quid, et quod duplex, et ob quæ crimina contrahatur, VI, 557. Alia est facti, alia juris, *ib.* Infamia juris ipso facto vi sacrorum canonum incurritur ob delicta, quæ de jure civili eamdem inducunt, nisi specialis sit limitatio, *ib.* Allegantur delicta, ob quæ de jure civili infamia juris ipso facto contrahitur, *ib.* Delicta, ob quæ de jure canonico contrahitur, 558. Ob delictum occultum nulla contrahitur infamia, *ib.* Quinam sint infames per sententiam iudicis, *ib.* Infamia an, et quando requiratur ad inquisitionem judicialem instituendam, 29. Infamiae effectus quinam sint, 558. Infames sunt irregulares, *ib.* Excluduntur a dignitatibus, præsertim ecclesiasticis, *ib.* Actibus legitimis, et muneribus publicis, *ib.* Ac hæreditate testamento relicta, si agatur de inofficioso, 559. Infamibus portæ non pateant dignitatum, VII, 181. Infamia alia juris, alia facti, *ib.* Et quinam dicantur infames, 182. Infamia si publica emendatione aboletur, non impedit dignitates, 183.

INFAMIS etiam a dignitate quam habet removendus, VII, 182. Infames non possunt accusare, 5.

INFANS quis dicatur, VI, 340. Infantes expositi

censentur pro legitimis, 343. Infantum expositio quid juris secum trahat? Vide *Expositio Infantum; Expositos infantes*.

INFERIOR nequit tollere legem superioris, I, 119. Bene tamen eam adjuvare per pœnæ adjectionem, *ib.*

INFIDELES gaudent asylo, V, 232. Infidelium conversio quid, 73. Si ambo conjuges infideles convertuntur, possunt et debent in matrimonio etiam cum impedimento ecclesiastico contracto permanere, *ib.* Si vir infidelis habuit plures uxores, debet retinere solum primam, *ib.* An et quando conversus alteri nubere possit, si conjux illius non convertatur, *ib.* Proles, cui conjugi educanda relinquitur, *ib.* Ad fidem nullus est cogendus invitus, *ib.*

INFIDELITAS tres habet species, paganismum, judaismum et hæresim, VI, 223. Infidelibus propter solam infidelitatem bellum indicere nequeunt principes christiani, 231. Nisi justa aliqua concurrat causa, 232. Aut denegent licentiam prædicandi Evangelium, *ib.* Infidelium proles, an, et quando insciis, et invitis parentibus baptizari valeant, *ib.* Infideles, et hæreticos in bello juvare, vel ipsos pro auxilio invocare, vel foedus cum eis inire, an, et quando possint principes catholici? Vide *Hæreticos vel Infideles juvare*.

INFINITAS est vitanda, et reprobat a jure, III, 70

INFIRMORUM vota, an, et quomodo in electione sint exquirenda, I, 351. Vide infra *Vota*. Infirmis famulis ex officialibus, an, et quando debeatur merces vel salarium, IV, 282.

INFIRMITAS clericorum. Vide *Clerici ægrotautes*. Infirmitas monialis, quando sit causa ad egrediendam clausuram, V, 90. Infirmitatis causa absens canonicus lucratur præsentias, III, 457.

INGRATITUDO est causa ob quam revocari potest donatio, IV, 358.

INHABILITAS ad beneficia quid sit, et quomodo obliget, VI, 551.

INIMICI testimonium, an, et quando repellatur, II, 570. Inimicus adversus eum, cum quo gerit inimicitiam, testimonium ferre non potest, *ib.* Etiam loquendo in criminibus exceptis, *ib.* Et factis occultis, ac difficilis probationis, *ib.* Intelligendo istud de inimicitia gravi quoad causas civiles, *ib.* In causis tamen criminalibus quælibet inimicitia, etiam levis, testem repellit, *ib.* Fallit istud in inimico reconciliato et qualiter, 571. Item in inimico utriusque partis, *ib.* Testis inimicus probat contra producentem, *ib.* Inimici non possunt accusare, nec habitantes cum illis, VI, 5.

INIMICITIA testis non præsumitur, sed est probanda ab allegante, II, 571. Ad eam probandam sufficiunt conjecturæ, *ib.* Et quales, *ib.* Inimicitia gravis præbet causam dispensandi super impedimentis, V, 559. Quomodo probetur, *ib.*

IN INTEGRUM restituere quid, II, 127. Vide infra *Restituere in integrum*.

INITIUM. Quod ab initio non subsistit, tractu temporis non firmatur, VII, 30.

INJURIA quid, et quot modis inferatur, VI, 541. Requiritur ad eam dolus, seu malus animus, *ib.* Hinc ab illa immunes sunt doli incapaces et qui correctionis causa verba injuriosa adhibent, *ib.* Cæterum verba injuriosa proferens præsumitur dolo proferre, *ib.* Injuria fieri potest tam absenti, quam præsentis, idque verbis, *ib.* Vel scripto, 542. Vel facto, *ib.* Hinc injuria alia est verbalis, alia scripta, alia realis, alia levis alia atrox, *ib.* Potest quis non tantum in seipso sed etiam in alio, præsertim sibi subdito, injuriam, *ib.*

Injuriarum actio. Vide *Actio injuriarum*. Injuriarum actio a quo, quando, et quomodo institui possit, *ib.* Injuriarum passus potest contra injuriantem instituere actionem injuriarum, *ib.* Vel civiliter, *ib.* Vel criminaliter, *ib.* Qui semel unam assumpsit, ad aliam transire nequit, *ib.* Pœna injuriarum, præsertim libelli famosi, 543. Ratione injuriarum potest etiam una cum illarum actione institui actio palinodiæ, seu recantationis, *ib.* Datur actio injuriarum etiam contra illum, qui verum occultum tamen, crimen objecit, *ib.* Nisi reipublicæ intersit, *ib.* Ex actione injuriarum condemnatus ipso facto contrahit infamiam, *ib.* Exceptis nonnullis casibus, *ib.* Injuriarum actionem, vel palinodiam, an etiam, et quando in foro conscientiae instituere quis possit, vel teneatur, 544. Injuriatus etiam in foro conscientiae potest instituere actionem injuriarum, *ib.* Et subinde, non tamen semper, tenetur, 545. Plerumque laudabilius, sanctius et utilius est remittere, quam instituere actionem injuriarum, *ib.* Injuriarum actio quibus modis tollatur, 543. Tollitur remissione, seu condonatione tacita vel expressa, *ib.* Quam tamen facere nequit subjectus potestati alterius, hoc dissentiente; bene vero assentiente illo, 544. Tollitur etiam morte tam injuriantis quam injuriati, *ib.* Item præscriptione unius anni, *ib.* Nisi sit injuria realis, vel scripta, *ib.* Vel retorsione, *ib.* Injuriarum nemo videtur facere, qui utitur jure suo, III, 308. Appellans non facit injuriam judici a quo, 308. Actio injuriarum expirat lapsu unius anni, 257. In actione injuriarum reus condemnatus efficitur infamis, nisi injuria foret minima, 289. Injuriarum retorquere num liceat? Vide *Retorsio injuriarum*.

Injuriarum graviter privatum, vel superiorem ecclesiasticum, vel sæcularem quibus pœnis subsint? Vide *Maledicti*.

Injuriarum, vel contumeliosa verba correctionis causa raro expedit adhibere, VI, 541. Injuria non fit scienti et consentienti, VII, 67. Copulative est intelligendum, *ib.* Cum injuria alterius non debet quis locupletari, 113.

INNOCENS censuratus, v. g. excommunicatus secundum allegata, et probata, quomodo in utroque foro habere se possit et debeat, VI, 573. Innocens non debet pœna vel damno affici

propter odium alterius, VII, 159. Satius est nocentem impunitum relinquere, quam innocentem damnare, 74. Innocentes quomodo aliquando puniantur a Pœ. 60. Item a jure canonico, vel civili ob bonum commune, etc., *ib.*

INOBIEDIENTIA est duplex, generalis nimirum, et specialis, II, 41. Inobediens decretis episcoporum, vel prælatorum ecclesiasticorum, excommunicari debet, 44. Dummodo inobediencia sit notabilis, et conjuncta cum contumacia, 45. Non obediens canonicis institutis, incurrit infamiam, et qualem, *ib.*

INQUILINUS quis, IV, 213.

INQUISITIO quid, et quod duplex, VI, 26. Alia est generalis, *ib.* Alia specialis, *ib.* Alia mixta, *ib.* Alia paterna, alia judicialis, *ib.* Inquisitio judicialis generalis an, et quando possit, ac debeat institui, *ib.* Debet institui ex officio, *ib.* Et quoties, 27. Potest institui absque præcedente infamia, *ib.* Etiam judicialiter, *ib.* Requiritur tamen ad eam saltem suspicio, præsumptio, vel indicia de delictis, *ib.* Judex instituere volens inquisitionem generalem judicialem, prius monere debet interrogandos, 28. Inquisitio judicialis, specialis, an, et quando fieri possit, ac debeat, 29. Potest institui vel ex mero officio, *ib.* Vel ad instantiam partis, *ib.* Ex officio mero institui nequit sine præcedenti infamia, vel sufficientibus indicibus vitii ab inquirendo commissi, *ib.* Paternæ tamen institui potest sine infamia, 30. Sicut etiam sine hac judicialiter ad delationem publici ministri, *ib.* Facta denuntiatione judiciali per aliquem, etiam privatum, potest inquisitio judicialis institui absque præcedenti infamia inquirendi, *ib.* Observantia practica ad propositum, 31. Potest ulterius institui absque infamia, si adsunt sufficientia indicia criminis ab aliquo commissi, *ib.* Item si crimen est conjunctum cum illo, de quo prius confessus, aut diffamatus est reus, 32. Vel si in inquisitione judiciali aliquis in specie nominatur, *ib.* Item in delictis, in damnum communitatis, aut tertii, ac aliis exceptis, *ib.* Item contra servos domus, in qua invenitur herus occisus, 33.

Inquisitio judicialis specialis qualem prærequirit infamiam, VI, 33. Non est necessaria probatio infamiae, si judex ex officio mero instituat inquisitionem specialem, *ib.* Quamvis securius adhibeatur probatio infamiae, *ib.* Si inquisitio fit ad instantiam partis, non requiritur infamia, nec probatio ejus, *ib.* Nisi denuntians ipsemet ad infamiam, loco testium, se remittat, *ib.* Rarissime, et vix unquam prærequiritur ad inquisitionem specialem probatio famæ, etiam in casu, quo requiritur, 34. Inquisitionem criminalem tam generalem, quam specialem instituere, quando teneantur superiores, *ib.* Inquisitio specialis criminalis quænam adhuc requirit, *ib.* Debet fieri a competenti iudice, *ib.* Et debet ante omnia constare de corpore delicti, *ib.* In casu delicti facti permanentis, non item transeuntis, 35. Aliud est constare de corpore delicti facti permanentis,

*ib.* Aliud de delicto facti transeuntis, *ib.* Requiritur insuper ad inquisitionem specialem, ut fiat præsente reo, 36. Et eidem tradantur articuli, seu capitula, una cum depositione, et nominibus testium, *ib.* Apud regulares tamen nomina testium non communicantur, et subinde nec apud sæculares, *ib.* Debent etiam exprimi circumstantiæ delicti, *ib.* Inquisitio specialis criminalis quo ordine fieri debeat, *ib.* Si aliquid requisitorum, vel ordo omittitur, processus reclamante reo, est nullus, 37. Limitatur in processu regularium, *ib.* Si reus non reclamatur, valet processus, *ib.* Quando reus semel confessus est in iudicio crimen sine tortura, non amplius potest reclamare contra nullitatem processus, *ib.* Ni abesset notitia corporis delicti, *ib.* Deductio practica consolatoria pro iudicibus, *ib.* Inquisitio criminalis specialis quos pariat effectus respectu rei, *ib.* Durante inquisitione non potest reus promoveri ad honores, ordines, etc., *ib.* Confessus vel convictus condemnari potest non tantum extraordinaria, sed etiam ordinaria pœna, 38. Inquisitio mixta, an et quando institui possit, ac debeat, 28. Mixta seu generalis secundum quid respectu personæ debet institui, si jam constat de delicto, *ib.* Aperit viam ad inquisitionem specialem, *ib.* Potest institui, etsi certe non constet de delicto, *ib.* Inquisitio mixta, quæ est generalis respectu criminum et specialis respectu delinquentis, pariter fieri potest, *ib.* Non autem judicialiter, 29.

INQUISITORES FIDELI, et officium inquisitionis, unde, et quid, qualemque potestatem habeant iudicandi, et procedendi in causa hæresis, VI, 321. Episcopi in suis diocesisibus sunt inquisitores nati, 322. In locis ubi non viget officium inquisitionis, episcopi soli gaudent omni facultate inquisitionum, *ib.*

IN RE COMMUNI potior est conditio prohibentis, VII, 130. Quid dicatur res communis, 131. Fallentias, *ib.*

INSPECTIO impotentium ad probandam impotentiam per quos? et quomodo fieri debeat, V, 478. Inspectione oculari fit probatio, II, 517. Et quæ ad hæc requirantur, *ib.* Vide infra *Ocularis inspectio*.

INSTANTIA quid, et quando incipiat, ac finiatur, II, 469. Et qualiter differat a processu, *ib.* et 170. Instantia causarum, quando finiatur, *ib.* Perit duobus modis, *ib.* Referuntur casus, in quibus perit instantia per absolutionem ab observatione iudicii, *ib.*, 471. Instantia de jure civili perimitur ex lapsu triennii, *ib.* Secus spectato jure canonico, *ib.* Perempta instantia pereunt acta iudicii, 497. Post lapsum biennii, vel triennii, an pereat instantia, III, 271.

INSTITUTIO in beneficiis et instituere quid et quotuplex, IV, 44. Sumitur late, *ib.* et proprie, 13. Quomodo differat a collatione et presentatione, *ib.* Alia est collativa seu verbalis, *ib.* Alia auctorizabilis, *ib.* Alia corporalis seu realis, *ib.*

Quæ alio nomine vocatur investitura, installatio, etc., 16. Institutio canonica quæ, *ib.* Requisita ad eam, *ib.* Præsenti a patrono an necessario sint instituendi, *ib.* Debent prius examinari et quomodo, *ib.* Nisi sint præsenti ab universalitate ad beneficium simplex, 17. Secus si ad ecclesiam parochialem, *ib.* Notorie litterati excipiuntur ab examine, et adhuc alii, 18. In parochialibus est de necessitate, non item in beneficiis simplicibus, *ib.* Institutio hæredis. Vide *Hæredis institutio*.

Institutio auctorizabilis an possit archidiacono, vel aliis prælatis episcopo subjectis vi consuetudinis aut præscriptionis competere, 21. Institutio corporalis de jure pertinet ad archidiaconum, 22. Secus de consuetudine multorum locorum, *ib.* Institutionis corporalis et verbalis ritus quid, 22.

INSTITUERE et institutio quibus competat, *ib.* Collativa pertinet ad episcopum loci, *ib.* Item ad vicarium generalem, et capitulum sede vacante, quoad præsentes a patronis, *ib.* Aliis inferioribus non competit institutio de jure, 19. Bene tamen ex privilegio, *ib.* Ac fundatione, *ib.*, qualiter, *ib.* Item ex consuetudine, *ib.* Atque præscriptione, *ib.* Competit etiam illis, qui Ecclesiam pleno jure sibi subjectam habent, 20. Laicis nullo modo competit institutio in beneficiis, *ib.* Pœnæ instituentis laici, et instituti ab eo, *ib.* Institutio auctorizabilis de jure pertinet ad episcopum, *ib.* Nisi prælatus inferior habeat jurisdictionem quasi episcopalem privative ad episcopum, 21.

Instituendi in beneficiis quoniam sint, 26. Laici institui non possunt, *ib.* Clerici possunt institui in beneficiis certum ordinem requirentibus, libet istum nondum habeant, *ib.* Dummodo tempore requisitio acquirere valeant, *ib.* Regulariter institui possunt et debent viri litterati et idonei undecumque venientes, *ib.* Limitatur in beneficiis patrimonialibus, 27. Quot institui possint ac debeant in collegiis clericorum ac monasteriis regularium, *ib.* Intra quod tempus fieri debeat institutio præsentatorum in beneficio, ac confirmatio electorum, 28. Quid si institutio plus justo differatur, *ib.*

INSTITUTUS in beneficio quoad titulum non potest propria auctoritate possessionem capere, 24. Bene tamen accedente consensu superioris, *ib.* Quid possit verbaliter institutus in beneficio, *ib.* Possessionem beneficii propria auctoritate apprehendens, quomodo puniatur, *ib.* Violenter occupans beneficium amittit jus, si quod in illo habeat, 25. Institutus verbaliter acquirit jus in re etiam ante traditionem possessionis, 29. Postquam acceptavit institutionem, *ib.* Quæ acceptatio potest fieri etiam ab alio ejus nomine, *ib.* Dummodo is habeat ad hoc speciale mandatum, 30. Alias acquiritur præsentato absentem solummodo jus ad rem, *ib.* Quod per episcopum auferri, vel revocari non potest, *ib.* Secus est in donatione, et quare, *ib.* Investitus corporaliter, seu realiter, acquirit actualem possessionem beneficii, *ib.*

Nullus se ipsum instituere potest, 31. Neque per delegatum a semetipso, *ib.*

INTRUMENTUM notarii, in cujus uno capitulo reperitur falsitas, an probetur in totum, etiam quoad capitulo separata, I, 255. Instrumentis, v. g. testamentis, error latinitatis non præjudicat, *ib.* Disparitas inter instrumenta notariorum, et rescripta apostolica, *ib.* Error in nomine, vel pronome, non vitiat instrumenta, si constet de corpore, *ib.* Secus si per talem errorem dispositio reddatur incerta, 256. Quid, si instrumentum in quo resura existit adhuc clausum exhibeatur ordinario, 258. Aut reperiat penes adversarium, *ib.* Aut corroboretur per vivam vocem testium, *ib.* Prætextu instrumentorum de novo repertorium, non potest rescindi transactio, II, 75. Instrumentum non impugnatur per probationem præsumptivam, 528. Instrumenta ut a reo sibi exhibeantur ad probandam suam intentionem, an actor petere possit, 537. Instrumenta nova possunt produci etiam post publicationem attestatorum, 538 et 539. Disparitas inter productionem testium et instrumentorum, *ib.* Instrumenta de novo reperta possunt produci post conclusionem in causa, 541. In instrumentis sæcularium clerici non possunt esse testes, can. *Quamquam*, 4, q. 2, III, 14. Instrumenta publica, in quibus notarius attestatur de rebus a se visis, vel coram se gestis, faciunt probationem probatam, 22. Quid si testis asserat, se non ita dixisse, sicut notarius scripsit, *ib.* Instrumentorum appellatione continentur testes, 73. Proprie tamen aliud sunt instrumenta, aliud testes, *ib.* Instrumenta, vel testes adversario subtrahent, ex hoc solo causam non perdit; ostendit tamen, quod iniquam foret causam, *ib.*

Instrumentorum nomine large loquendo ea omnia accipiuntur, quibus causa instrui potest, 80. Instrumentum largissime acceptum, comprehendit etiam utensilia domus, etc., *ib.* Instrumentum stricte, quid, *ib.* Aliud est publicum, et aliud privatum, *ib.* Instrumentum publicum generatim, quid, et quæ ejus species, *ib.* Instrumentum publicum specialius loquendo, quid, 81. Instrumentum privatum, quid, *ib.* Differentia inter instrumenta publica, et privata, *ib.* Instrumentum publicum in prima figura, quod, *ib.* Probat pene, etiam absque aliis adminiculis, *ib.* Nisi quis possit illud arguere de falso, *ib.* Instrumenta privata regulariter valent in præjudicium scribentium, non vero ad eorum commodum, etc., *ib.* Instrumentum omnino privatum, quod, et an aliqua fides eidem sit adhibenda, 106. Instrumentum originaliter privatum habens aliquod supplementum, dicitur instrumentum publicum, *ib.*

Instrumentum authenticum, et non authenticum, quod, 81. Inter instrumentum publicum, et authenticum, an sit differentia, 82. Differunt tanquam superius et inferius, *ib.* Frequenter tamen sumuntur pro synonymis, *ib.* Ad instru-

mentum publicum, quæ solemnitates requirantur, *ib.* Debet illud continere invocationem divini numinis, *ib.* Ac in eo apponi annus Domnicæ Incarnationis, *ib.* Item mensis, et dies anni, *ib.* Atque indictio, *ib.* Item nomen Papæ, vel imperatoris, etc., 83. An etiam nomen consulis, *ib.* In eo debet exprimi locus, et quidem particularis, celebrati contractus, 84. Item nomina testium, *ib.* Testium tamen subscriptio non requiritur, *ib.* Ad validitatem instrumenti publici requiruntur ex parte notarii; et quæ, *ib.* Dictæ solemnitates in publicis instrumentis sunt servandæ; cur, 85. Omissio solemnitatis de consuetudine requisitæ, vitiat instrumentum, *ib.* Instrumenta quæ habent sigillum authenticum, plene probant, 94. Instrumentum an aliquando probet absque apposito sigillo, 96. Vide infra *Sigillum*.

Instrumentorum productio, quid, 118. Et quando fieri possit, *ib.* Quid agendum, si instrumentum arguatur falsitatis, *ib.* Instrumentorum editio, quid, *ib.* Instrumenta, quibus aliquis in iudicio est usus, sunt edenda, 119. Et quidem in originali, *ib.* Originale tamen non tenetur quis relinquere apud acta, *ib.* Instrumenta naturaliter debent edi citata, et præsentate parte adversa, *ib.* Instrumentum quo quis usus est in iudicio, totum debet legi audiente iudice, et parte adversa, *ib.* Si tamen super unico tantum capitulo moveatur quæstio, sufficit istud edere, seu parti ad scribendum dare, *ib.* Instrumentorum editiones debent fieri sine die: secus in editione rationum, 120.

Instrumenta sua, an reus teneatur edere actori ad fundandam ejus intentionem, 120. Si ipsis est usus in iudicio, tenetur eadem edere, 119. Secus, quando ipsis non est usus in iudicio, saltem regulariter loquendo, 120. Actor tamen tenetur edere reo instrumenta ad fundandam hujus exceptionem, et cur, *ib.* Instrumenta communia tenetur reus edere actori petenti; et si iudex ea non faciat edi, licite appellatur, 121. Instrumenta pluribus modis dicuntur communia; videlicet, ratione proprietatis, *ib.* Ratione materiæ, *ib.* Et ex natura negotii, *ib.* Regula illa: *Reus non tenetur actori sua propria instrumenta edere*, plures patitur limitationes; et quas, *ib.* Reus tenetur edere sua instrumenta fisco agenti contra illum, *ib.* Privilegium istud extenditur ad ecclesias, hospitalia, aliaque loca pia, etc., 122. Instrumenta, quibus modis generatim impugnari, et reprobari possint, *ib.* Possunt impugnari juxta omnia quatuor causarum genera, *ib.* Impugnatur instrumentum ad quæ attendere debeat, 123. Instrumentum a notario confectum, an valeat extra territorium ejus, a quo constitutus fuit, *ib.* Instrumenta confecta per notarium putativum, an valeant, 124. Instrumenta confecta per notarium de crimine falsi condemnatum, an valeant, si fuerint facta ante ejus condemnationem, 126. Vide infra *Notarius*. Falsitas circa accidentalia non vitiat instrumentum, 127. Probatio per testes, an